

Livello A: tempo di esecuzione 90 minuti, senza dizionario. Ogni risposta vale un punto;
VALUTAZIONE:

A1: 75% del punteggio totale della prima parte (primi 5 esercizi 24/32); viene attribuito l'A1 anche se lo studente svolge entrambe le parti e consegue almeno 24/44.

A2: 75% del punteggio totale 33/44, di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7)

De vita et studiis Archiae poetae

Summarium

In hac celeberrimā oratione Cicero defendit Archiam poetam, qui in Asia natus civis Romanus fieri vult. Hoc loco vita Archiae a Cicerone narratur: adhuc adulescens, Archias optimus poeta existimatus est et in omnibus partibus Graeciae laudatus. Ut in Italiam pervenit, multae gentes eius artem poeticam admiratae sunt.

1	Nam ut primum ex pueris excessit ¹ Archias atque ab eis artibus quibus aetas puerilis ad humanitatem informari ² solet, se ad scribendi studium contulit ³ , primum Antiochiae – nam ibi natus est loco nobili – celebri quondam urbe et copiosa atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis adfluenti ⁴ , celeriter antecellere ⁵ omnibus ingenii gloriā coepit. Post
5	<u>in ceteris Asiae partibus cunctaque Graeciā eius adventus celebrabantur.</u> Erat Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum, studiaque haec et in Latio vehementius ⁶ tum <u>colebantur</u> quam nunc isdem in oppidis, et hic Romae propter tranquillitatem rei publicae non neglegebantur. Itaque hunc et Tarentini et Locrenses et Regini et Neapolitani civitate ceterisque praemiis dona(vē)runt ⁷ , et omnes qui aliquid de
10	ingeniis poterant iudicare cognitione atque hospitio ⁸ dignum existima(vē)runt. Hac tanta celebritate famae <u>cum esset iam absentibus notus, Romam vēnit</u> Mario consule et Catulo. Statim <u>Luculli</u> ⁹ eum domum suam <u>recepērunt</u> , non solum ingeni ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis gratiā.

Glossarium

¹ex pueris excessit

crevit, iuvenis factus est

²informari

educari

³se ad scribendi studium contulit

se ad artem poeticam dedit

⁴adfluenti

plenā

⁵antecellere

primus/optimus esse

⁶vehementius

plus

⁷hunc.... civitate ceterisque praemis dona(vē)runt

hinc... civitatem ceteraque praemia donaverunt

⁸cognitione atque hospitio

amicitiā

⁹Luculli

nobilis Romana gens

1. Completa la parafrasi del testo, inserendo al posto giusto 6 parole scelte fra quelle in calce (6 punti).

Cum adulescens _____, Archias sapientissimus erat in omnibus disciplinis quas pueri discunt. _____ aetate coepit optimos versus scribēre in urbe Antiochiae, ubi omnes doctissimos homines arte poeticā et studiis humanitatis breviter superavit. Postquam fama eius apud omnes gentes provinciae Asiaticae et _____ Graeciae maxime crevērat, ille in Italiam vēnit et ibi aliquo tempore in celeberrimis civitatibus Tarentinorum, Locrensum, Reginorum et Neapolitanorum hospes fuit. Eo tempore artes liberales non modo in illis civitatibus Italiae maxime colebantur, sed etiam Romae. Complures populi Italiae honores et _____ Archiae

dedērunt et voluērunt eum pleno iure in civitatibus suis _____. Postea, cum Archias Romam pervenisset, acceptus est in domo Lucullorum, quae nobilissima et _____ gens fuit. Luculli artem Archiae non minus quam virtutem suam maxime admirabantur.

1. Eā	4. Civilia	7. Putassent	10. Accipēre
2. Praemia	5. Ipsius	8. Eam	11. Doctissima
3. Exire	6. Factus esset	9. Ipsi	12. Plurimo

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e barra la risposta esatta: vero o falso (6 punti).

1. Archias poeta in senectute optimos versus scribere coepit	V	F
2. Archias humili loco natus est	V	F
3. Archias multas civitates Asiae vidit	V	F
4. Graeci artem Archiae maxime laudavērunt	V	F
5. In Italiā Archiae gloria minima fuit	V	F
6. Luculli artem et virtutem Archiae pariter laudavērunt	V	F

3. Scegli la frase adatta a completare il testo fra quelle proposte (8 punti).

1. Archias natus est:

- a) quodam loco
- b) Antiochiae
- c) in ignota parte Asiae
- d) in copiosā Graecā urbe

2. Archias coepit omnes ingeni gloria superare:

- a) cum puer esset
- b) cum in Graeciam pervēnit
- c) cum in ceteris partibus Asiae fuit
- d) in eā civitate quā natus erat

3. Archiae adventus celebrabantur:

- a) ab omnibus Graecis
- b) ab Antiochiae eruditissimis hominibus
- c) a paucis civibus Asiae
- d) ab illis qui loco nobili nati erant

4. Cum Archias in Italiā pervēnit:

- a) artes et disciplinae in Italiā plus quam in Graecā colebantur
- b) artes et disciplinae ab Italicis populis non colebantur
- c) artes et disciplinae plus quam nunc in Latio colebantur
- d) artes et disciplinae Romae maxime colebantur

5. Neapolitani cives:

- a) Archiae praemia negavērunt
- b) soli civitatem et praemia Archiae donavērunt
- c) cum aliis Italicis civitatibus Archiae civitatem praebuērunt
- d) Archiae praemia, non civitatem donavērunt

6. In Italia Archias:

- a) notus erat etiam illis qui numquam eum vidērant

- b) solum Tarentinis, Locrensibus, Reginis, Neapolitanis notus erat
- c) notus erat illis qui ei civitatem donavérant
- d) notus erat omnibus qui Italiam habitabant

7. Archias Romam vēnit:

- a) eo tempore quo puer erat
- b) postquam Marius et Catulus consules fuērant
- c) priusquam in Asiā et in Graeciā celebratus est
- d) eo tempore quo Marius et Catulus consules erant

8. Archias, cum Romae venisset:

- a) domum suam habuit
- b) hospes fuit Lucullorum
- c) ingenii ac litterarum gratiā a populo laudabatur
- d) multas virtutes ostendit

4 Scegli la risposta esatta fra quelle proposte (8 punti)

1. r.1 **puerilis**:

- a. concorda all'accusativo plurale con *aetas*
- b. concorda al nominativo singolare con *aetas*
- c. concorda all'ablativo plurale con *quibus*
- d. concorda al dativo plurale con *quibus*

2. r.3 **celebri... urbe**:

- a. si riferisce al locativo *Antiochiae*
- b. concorda in ablativo con *Antiochiae*
- c. concorda in ablativo con *loco nobili*
- d. concorda in ablativo con *quondam*

3. r.5 **adventus**:

- a. genitivo singolare
- b. nominativo singolare
- c. accusativo plurale
- d. nominativo plurale

4. r.7 **quam**:

- a. è un pronomo relativo riferito a *Italia*
- b. è un avverbio che introduce il secondo termine di paragone
- c. è un avverbio che rafforza *isdem*
- d. è un pronomo relativo con antecedente sottointeso

5. r.7 il sintagma **propter tranquillitatem**:

- a. ha valore di causa
- b. ha valore di fine
- c. ha valore strumentale
- d. ha valore di modo

6. r.9 **qui**:

- a. pronomo indefinito riferito a *omnes*
- b. pronomo relativo riferito a *Tarentini et Locrenses et Regini et Neapolitani*
- c. pronomo relativo riferito a *omnes*

d. pronomo relativo oggetto di *poterant*

7. r.10 **hac**:

- a. aggettivo determinativo riferito a *tanta*
- b. avverbio di luogo riferito a Roma
- c. pronomo dimostrativo riferito a Roma
- d. aggettivo dimostrativo riferito a *celebritate*

8. r.12 **domum**:

- a. accusativo concordato con *eum*
- b. accusativo di stato in luogo
- c. oggetto diretto di *recepērunt*
- d. accusativo di moto a luogo

5. Trasforma le forme verbali evidenziate inserendole nel nuovo contesto (4 punti).

A. r. 5 In ceteris Asiae partibus cunctāque Graeciā eius adventus **celebrabantur**.

Ceterae partes Asiae cunctaque Graecia eius adventus _____

B. rr. 6-7 **Erat** Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum, studiaque haec et in Latio (...) colebantur

Cum Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum _____, studiaque haec et in Latio (...) colebantur

C. rr. 10-11 Cum **esset** iam notus, Romam vēnit

Quia iam notus _____, Romam vēnit

D. r. 12 Luculli eum domum **recepērunt**

Is a Locullis domum _____

Poeta sacer est

Summarium

Cicero a iudicibus petit ut Archiam civitate dignum putent. Nam poetae sancti existimati sunt et aeternam gloriam semper dedērunt illis civitatibus quae eos inter cives habuerant.

1	Atque sic <u>a summis hominibus eruditissimisque accepimus</u> , ceterarum rerum studia ex doctrinā et praecepsis et arte constare ¹ , <u>poetam naturā ipsā valere</u> et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari ² . Qua re suo iure <u>noster ille Ennius “sanctos” appellat poetas</u> , quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur ³ .
5	Sit ⁴ igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetae nomen quod nulla umquam barbaria ⁵ violavit. <u>Homerum</u> Colophonii civem esse dicunt suum, <u>Chii suum vindicant</u> , Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant itaque etiam delubrum ⁶ eius in oppido dedicaverunt, permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt. Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt; <u>nos hunc vivum</u> qui et voluntate et libibus noster est repudiamus ⁷ ?
10	

Glossarium

¹constare

nasci

²inflari

plenum esse

³quasi deorum aliquo dono atque munere
commendati nobis esse videantur

tamquam deorum donum nobis dati sunt

⁴sit

⁵barbaria

⁶delubrum

⁷repudiamus

debet esse

inhumanitas, quae barbaris gentibus tribuitur

templum

pellere/contemnere volumus

6. Nel seguente brano, tratto dal seguito di quello analizzato, inserisci le parole mancanti, poste in calce in ordine alfabetico, flettendole adeguatamente (6 punti).

Omnes doctissimi viri putant poetam a ceteris hominibus _____ artes et disciplinas colunt differre. Dei ipsi enim poetam faciunt et in animum eius artem _____, tamquam spiritum, immittunt. Ennius, qui inlustris poeta apud Romanis fuit, dicit poetas sacros _____ et eos a deis mitti ut ceteri homines eos maximā curā custodiant. Vobis, igitur, iudices, sacer esse debet is qui poeta appellatur, quia ipsae barbarae gentes poetas colunt nec umquam offendunt. Multae Asiaticae urbes inter se _____: omnes _____ ut Homerus, qui optimus omnium poetarum existimatur, civis suus appelletur. Homerus, cum mortuus esset inter omnes tamen contenditur; cur Achiam, qui vivus est, in nostrā _____ accipiendo non putamus?

1. civitas, civitatis (f.)	4. poeticus, -a, -um (agg.)
2. contendo, -is, contendi, contentum, -ère	5. qui, quae, quod
3. peto, -is, peti(v)i, petitum, - ēre	6. sum, es, fui, esse

7. Trasforma le forme verbali evidenziate inserendole nel nuovo contesto (6 punti).

A. rr. 1-2 A summis hominibus eruditissimisque accepimus, (...) poetam naturā ipsā **valere**.
Summorum virorum opinio est ut poeta naturā ipsā _____

B. rr. 3-4 Noster ille Ennius “sanctos” **appellat** poetas.
Cicero dicit ab illo nostro Ennio “sanctos” _____ poetas.

C. r. 6-7 Homerum (...) Chii suum **vindicant**.
Cicero non dubitat quin Chii Homerum suum _____

D. r. 8 Permulti alii (...) **pugnant** inter se.
Cicero narrat quomodo permulti alii _____ inter se

E. r. 9 Illi alienum, quia poeta **fuit**, post mortem etiam expetunt
Illi alienum, cum poeta _____, post mortem etiam expetunt

F. rr. 9-10 Nos hunc vivum (...) **repudiamus**? (repudio, -as, -avi, -atum, -are)?
Cicero quaerit num nos hunc vivum _____

Soluzioni prova A1-A2 (Cicero, *Arch.* 37 e per A2 §§ 18-19, con piccoli tagli)

1. Completa la parafrasi del testo, inserendo al posto giusto 6 parole scelte fra quelle in calce (6 punti).

Cum adulescens (**6 Factus esset**), Archias sapientissimus erat in omnibus disciplinis quas pueri discunt. (**1. Eā**) aetate coepit optimos versus scribēre in urbe Antiochiae, ubi omnes doctissimos homines arte poeticā et studiis humanitatis breviter superavit. Postquam fama eius apud omnes gentes provinciae Asiaticae et (**5. Ipsius**) Graeciae maxime crevērat, ille in Italiam vēnit et ibi aliquo tempore in celeberrimis civitatibus Tarentinorum, Locrensum, Reginorum et Neapolitanorum hospes fuit. Eo tempore artes liberales non modo in illis civitatibus Italiae maxime colebantur, sed etiam Romae. Complures populi Italiae honores et (**2 Praemia**) Archiae dedērunt et voluērunt eum pleno iure in civitatibus suis (**10. Accipēre**). Postea, cum Archias Romam pervenisset, acceptus est in domo Lucullorum, quae nobilissima et (**11. Doctissima**) gens fuit. Luculli artem Archiae non minus quam virtutem suam maxime admirabantur.

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e barra la risposta esatta: vero o falso (6 punti).

1. Archias poeta solum in senectute optimos versus scribere coepit	V	F
2. Archias humili loco natus est	V	F
3. Archias multas civitates Asiae vidit	V	F
4. Graeci artem Archiae maxime laudavērunt	V	F
5. In Italiā Archiae gloria minima fuit	V	F
6. Luculli artem et virtutem Archiae pariter laudavērunt	V	F

3. Scegli la frase adatta a completare il testo fra quelle proposte (8 punti).

1. Archias natus est:

- a) quodam loco
- b) **Antiochiae**
- c) in ignota parte Asiae
- d) in copiosā Graecā urbe

2. Archias coepit omnes ingeni gloria superare:

- a) cum puer esset
- b) cum in Graeciam pervēnit
- c) cum in ceteris partibus Asiae fuit
- d) in eā civitate quā natus erat

3. Archiae adventus celebrabantur:

- a) ab omnibus Graecis
- b) ab Antiochiae eruditissimis hominibus
- c) a paucis civibus Asiae
- d) ab illis qui loco nobili nati erant

4. Cum Archias in Italiam pervēnit:

- a) artes et disciplinae in Italiā plus quam in Graeciā colebantur
- b) artes et disciplinae ab Italicis populis non colebantur
- c) **artes et disciplinae plus quam nunc in Latio colebantur**
- d) artes et disciplinae Romae maxime colebantur

5. Neapolitani cives:

- a) Archiae praemia negavērunt
- b) soli civitatem et praemia Archiae donavērunt
- c) cum aliis Italicis civitatibus Archiae civitatem praebuērunt
- d) Archiae praemia, non civitatem donavērunt

6. In Italia Archias:

- a) notus erat etiam illis qui numquam eum vidērant
- b) solum Tarentinis, Locrensibus, Reginis, Neapolitanis notus erat
- c) notus erat illis qui ei civitatem donavērunt
- d) notus erat omnibus qui Italiam habitabant

7. Archias Romam vēnit:

- a) eo tempore quo puer erat
- b) postquam Marius et Catulus consules fuērunt
- c) priusquam in Asiā et in Graeciā celebratus est
- d) eo tempore quo Marius et Catulus consules erant

8. Archias, cum Romae venisset:

- a) domum suam habuit
- b) hospes fuit Lucullorum
- c) ingenii ac litterarum gratiā a populo laudabatur
- d) multas virtutes ostendit

4 Scegli la risposta esatta fra quelle proposte (8 punti)

1. r.1 **puerilis**:

- a. concorda all'accusativo plurale con *aetas*
- b. concorda al nominativo singolare con *aetas*
- c. concorda all'ablativo plurale con *quibus*
- d. concorda al dativo plurale con *quibus*

2. r.3 **celebri... urbe**:

- a. si riferisce al locativo *Antiochiae*
- b. concorda in ablativo con *Antiochiae*
- c. concorda in ablativo con *loco nobili*
- d. concorda in ablativo con *quondam*

3. r.5 **adventus**:

- a. genitivo singolare
- b. nominativo singolare
- c. accusativo plurale
- d. nominativo plurale

4. r.7 **quam**:

- a. è un pronomo relativo riferito a *Italia*
- b. è un avverbio che introduce il secondo termine di paragone
- c. è un avverbio che rafforza *isdem*
- d. è un pronomo relativo con antecedente sottointeso

5. r.7-8 il sintagma **propter tranquillitatem**:

- a. ha valore di causa

- b. ha valore di fine
- c. ha valore strumentale
- d. ha valore di modo

6. r.9 **qui**:

- a. pronomine indefinito riferito a *omnes*
- b. pronomine relativo riferito a *Tarentini et Locrenses et Regini et Neapolitani*
- c. pronomine relativo riferito a *omnes***
- d. pronomine relativo oggetto di *poterant*

7. r.10 **hac**:

- a. aggettivo determinativo riferito a *tanta*
- b. avverbio di luogo riferito a Roma
- c. pronomine dimostrativo riferito a Roma
- d. aggettivo dimostrativo riferito a *celebritate***

8. r.12 **domum**:

- a. accusativo concordato con *eum*
- b. accusativo di stato in luogo
- c. oggetto diretto di *recepērunt*
- d. accusativo di moto a luogo**

5. Trasforma le forme verbali evidenziate inserendole nel nuovo contesto (4 punti).

A. r. 5 In ceteris Asiae partibus cunctāque Graeciā eius adventus **celebrabantur**.
Ceterae partes Asiae cunctaque Graecia eius adventus **CELEBRABANT**.

B. rr. 6-7 **Erat** Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum, studiaque haec et in Latio (...) colebantur
Cum Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum **ESSET**, studiaque haec et in Latio (...) colebantur

C. rr. 10-11 Cum **esset** iam notus, Romam vēnit
Quia iam notus **ERAT**, Romam vēnit

D. r. 12 Luculli eum domum **recepērunt**
Is a Locullis domum **RECEPTUS EST**

6. Nel seguente brano, tratto dal seguito di quello analizzato, inserisci le parole mancanti, flettendole adeguatamente (6 punti).

Omnis doctissimi viri putant poetam a ceteris hominibus **qui** artes et disciplinas colunt differre. Dei ipsi enim poetam faciunt et in animum eius artem **poeticam**, tamquam spiritum, immittunt. Ennius, qui inlustris poeta apud Romanis fuit, dicit poetas sacros **esse** et eos a deis mitti ut ceteri homines eos maximā curā custodiant. Vobis, igitur, iudices, sacer esse debet is qui poeta appellatur, quia ipsae barbarae gentes poetas colunt nec umquam offendunt. Multae Asiaticae urbes inter se **contendunt**: omnes **petunt** ut Homerus, qui optimus omnium poetarum existimatur, civis suus appelletur. Homerus, cum mortuus esset inter omnes tamen contendit; cur Achiam, qui vivus est, in nostrā **civitate** accipiendum non putamus?

7. Trasforma le forme verbali evidenziate inserendole nel nuovo contesto (6 punti).

A. rr. 1-2 A summis hominibus eruditissimisque accepimus, (...) poetam naturā ipsā **valere**.
Summorum virorum opinio est ut poeta naturā ipsā VALEAT.

B. rr. 3-4 Noster ille Ennius “sanctos” **appellat** poetas.
Cicero dicit ab illo nostro Ennio “sanctos” APPELLARI poetas.

C. r. 6-7 Homerum (...) Chii suum **vindicant**.
Cicero non dubitat quin Chii Homerum suum VINDICENT.

D. r. 8 Permulti alii (...) **pugnant** inter se.
Cicero narrat quomodo permulti alii PUGNENT inter se.

E. r. 9 Illi alienum, quia poeta **fuit**, post mortem etiam expetunt
Illi alienum, cum poeta FUĒRIT, post mortem etiam expetunt.

F. rr. 9-10 Nos hunc vivum (...) **repudiamus**? (repudio, -as, -avi, -atum, -are)?
Cicero querit num nos hunc vivum REPUDIEMUS.